caro autē infirma. Iterū secūdo abijt ꝛ orauit dicēs: Pa-
ter mi. Si non potest hic calix transire nisi bibā illum. fiat
Luc.xxij voluntas tua† Apparuit autē illi angelus de celo. cōfortās
eum: Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est
Mathꝫ.xxvj sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā† Tunc
Mar.xiiij. Mat xxvi venit iterum et inuenit eos dormientes. Erant eniz oculi
eorum grauati† et ignorabāt quid respōderent ei† Et reli-
ctis illis. iterum abijt et orauit tertio eundem sermonē di-
cens. Tunc venit ad discipulos suos ꝛ dicit illis: Dormite
Mar.xiiij. Mat.xxvj iam et requiescite† sufficit† Ecce appropinquabit hora ꝛ fi-
Marc.xiiij lius hominis tradetur in manus peccatorū† Surgite eamꝰ
Luc.xxij Ecce qui me tradet prope est† Adhuc eo loquente venit
Joh.xviij Ecce † iudas accepta cohorte ꝛ a pontificibus ꝛ pharise-
Marc.xiiij seis ministris venit illuc cum laternis ꝛ facibus ꝛ armis† ꝛ
Luc.xxij antecedebat eos† Dederat autez eis signum dicēs: Quē-
cumq; osculatus fuero ipse est: tenete eum ꝛ ducite eū cau-
Mat. xxvij te† Et confestim accedens ad Jesum dixit: Aue Rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitq; illi Jesus: Amice ad quid
Luce xxij. Joh.xviij venisti? † Juda osculo filiū hominis tradis† Jesus itaq; sciēs
oīa que ventura erant super eū processit et dixit eis: Quē
queritis? Illi autem dixerunt: Jesum nazarenum. Dicit

eis Jesus: Ego sū. Stabat aūt ꝛ iudas ꝙ tradebat eū cum
ipsis: Ut ergo dixit eis ego sum: abierūt retrorsū. ꝛ ceciderūt in terrā. Iterū Jesus interrogauit eos: Quē queritis?
Illi aūt dixerūt: Jesū nazarenū. Rñdit Jesus: Dixi vob
qꝛ ego sum. Si ergo me q̄ritis sinite hos abire. Ut impleret sermo quē dixit: Qꝛ quos dedisti mihi nō pdidi ex eis
quēq̄ꝫ† Uidētes aūt ꝙ circa eū erāt qđ futurū erat dixerūt Luč. xxij
ei: Dñe si pcutim⁹ in gladio? †Simon ergo petr⁹ habēs gla Joh. xviij
diū eduxit eū: ꝛ pcussit seruū pōtificis: ꝛ abscidit auriculā
ei⁹ dextrā. Erat aūt nomē seruo malchus† Rñdēs aūt Je Luč. xxij
sus ait: Sinite vsq; huc: ꝛ cū tetigisset auriculā eius sanauit eū: †et dicit petro: Mitte gladiū tuū in vaginā† Omnes Joh xviij. Mat. xxvj
em̄ ꝙ acceperint gladiū gladio peribūt† Calicē quē dedit Joh. xviij
mihi pater. nō vis vt bibā illū? †An putas qꝛ nō possuz ro Math. xxvj
gare patrē meū ꝛ exhibebit mihi mō plus q̄ꝫ duodecim legiones angelo⁹? Quomō ergo implebunt scripture? qꝛ sic
oportet fieri. In illa hora dixit Jesus turbis: Tanq̄ꝫ ad la
tronē existis cū gladijs ꝛ fustib⁹ cōprehēdere me† Quoti Marč. xiiij
die apō vos erā in tēplo docēs ꝛ nō me tenuistis: †Sz hec Luč. xxij
est hora vra ꝛ potestas tenebrarū† Hoc aūt totū factū est Math. xxvj
vt implerent scripture ꝓphetar. Tūc discipuli oēs relicto eo fugierūt† Adolescēs autē quidā sequebat eū ami Marč. xiiij
ctus syndone sup nudo: ꝛ tenuerūt eū. At ille reiecta syndone nudus ꝓfugit ab eis† Cohors ergo ꝛ tribun⁹ ꝛ mini Joh. xviij
stri iudeorum cōprehēderunt Jesum: ꝛ ligauerunt eū: ꝛ
adduxerunt eum ad annam primum. Erat enim socer cayphe qui erat pontifex anni illius. Erat autem cayphas q̄
cōsiliū dederat iudeis: Quia expedit vobis vnū hominē
mori pro populo. Seq̄bat aūt Jesum simon petrus † a lō Math. xxvj
ge vt videret finem† ꝛ alius discipulus qui erat notus pon Joh. xviij
tifici: ꝛ introiuit cum Jesu in atrium pontificis: petrus autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipul⁹ alius q̄ erat
notus pontifici et dixit hostiarie: ꝛ introduxit petrum. Dixit autez petro ancilla hostiaria: Nunquid ꝛ tu ex discipu

Luce xxij. Mar. xiiij lis hominis istius es? Dicit ille† Non noui illum†neq; scio
q̄d dicis. Et exijt foras ante atriuz.z statim gallus canta=
Joh.xviij uit† Stabant autem serui et ministri ad prunas: quia frig⁹
erat: z calefaciebant se. Erat autem cū eis petrus z stans
Mar.xiiij. Mat.xxvj z calefaciens se† Rursus autem cum vidisset illum†alia an=
Mar.xiiij. Mat xxvi cilla †cepit dicere circūstantibus†z hic cuz Jesu nazareno
Marc.xiij erat† Et post pusillū rurs⁹: q̄ astabāt dicebāt petro Vere z
Math.xxvj tu ex illis es.nā z galileus es† Nam z loquela tua manife=
stum te facit. Et iterum negauit cum iuramento. quia non
Luce xxij. Joh xviij noui hominem†et infuallo facto quasi hore vni⁹†dicit vn⁹
ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit petr⁹ au=
Marc.xiiij riculam. Nōne ego te vidi in orto cū illo?† Tūc cepit ana=
Mat.xxvi: Mar.xiiij thematizare z iurare†quia non nouisset hominem† z statiz
Luce xxij. Mar.xiiij gallus iterū cātauit† z puersus dñs respexit petz † Et re=
cordatus est petrus verbi quod dixerat ei Jesus.priusq̄
Luc.xxiij gallus cantet bis.ter me negabis † Et egressus petrus fo=
Joh. xviij ras fleuit amare† Pontifex ergo interrogauit Jesuz de di=
scipulis suis z de doctrina eius. Respōdit ei Jesus: Ego
palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synago=
ga.z in templo quo omnes iudei conueniunt: et in occulto
locut⁹ sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui
audierūt quid locut⁹ suz ipsis: ecce hi sciunt quid dixeriz
ego. Hec autem cum dixisset. vnus existens ministrorū de=
dit alapam Jesu dicens: Sic respondes pontifici? Respō=
dit ei Jesus. Si male locutus sum testimoniuz perhibe de
malo: si autem bene: quid me cedis? Et misit eum annas
Marc. xiiij ligatum ad caypham pontificem † vbi omnes sacerdotes
Mat.xxvi Mar.xiiij et scribe † et seniores populi conuenerant† Et querebant
testimonium aduersus Jesum. vt eum morti traderent:
nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dice=
bant aduersus eum: et conueniētia testimonia non erant:
†cuz multi falsi testes accessissent. Nouissime autem vene=
Mat. xxvj. runt duo falsi testes † dicentes: Quoniam nos† audiui=
Marc.xiiij.

mus eum dicentem † Possum destruere templū manufa= Mat.xxvj
ctum.ꝛ post triduuz aliud non manufactū reedificare † Et Mar.xiij Mat.xxvj
non erat conueniens testimonium illorum.† Tunc consur=
gens princeps sacerdotū in medio illoꝝ ait illi† Nihil re= Mar.xiij Mat.xxvj
spōdes ad ea que isti aduersum te testificant? Jesus autē
tacebat†et nihil respondit:Et rursum†princeps sacerdotū Mar.xiij Mat.xxvj
ait illi: Adiuro te per deū viuū.vt dicas nobis si tu es chri=
stus filius dei†benedicti†Dicit illi Jesus: Tu dixisti. Ue= Mar.xiij Mat.xxvj
rumtamen dico vobis.amodo videbitis filium hominis se=
dentez a dextris virtutis dei.ꝛ venientē ī nubib⁹ celi. Tūc
princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blas=
phemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc au=
distis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respon=
dentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in fa=
ciem eius ꝛ colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas
in faciem eius dederunt dicentes:prophetiza nobis chri= Luc.xxij
ste: Quis est qui te percussit†Et alia multa blasphemātes Mar.xiij Luce xxij
dicebant in eum†Et ministri alapis eum cedebant† Et vt
factus est dies conuenerūt seniores plebis ꝛ principes sa=
cerdotum ꝛ scribe.ꝛ duxerunt illum in concilium suum di=
centes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis: Si vobis di=
xero.non creditis mihi. Si autē ꝛ interrogauero.nō respō=
debitis mihi:neq; dimittetis. Ex hoc autē erit filius homi=
nis sedēs a dextris virtutis dei. Dixerūt ergo omnes: Tu
g̃ es filius dei? Qui ait: Vos dicitis:quia ego sū. At illi di=
xerunt:Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim Luce xxiij. Marci.xv
audiuim⁹ de ore eius.† Et surgens omnis multitudo†vin= Mat. xxvij
cientes Jesum duxerunt ꝛ tradiderunt eū † poncio pilato Joh. xviij
pſsidi.† Erat āt mane ꝛ ipsi nō introierūt in pretoriū.vt nō Mat. xxvij
cōtaminarent.sed vt manducarēt pascha.† Tunc videns iu=
das qui eum tradidit q̃ damnatus esset. penitentia duct⁹
retulit triginta argēteos principib⁹ sacerdotū ꝛ seniorib⁹

dicens: ¶Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerũt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in tẽplo. recessit & abiẽs laqueo se suspendit † ¶Principes autez sacerdotum acceptis argenteis dixerũt: ¶Nõ licet eos mittere in corbonã. quia precium sanguinis est. Cõsilio autez inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. ¶Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis vsq; in hodiernũ diem. Tunc impletum est qđ dictum est per ¶Hieremiã prophetaz dicẽtẽ: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati quẽ appreciauerunt a filijs israel. & dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi dominus. Jesus autẽ stetit ante p̃sIoh. xviij dem† Exiuit ergo pilat9 ad iudeos foras & dixit eis: Quã accusationem affertis aduersus hominem hũc? ¶Responderunt ei: Si non esset hic malefactor. non tibi tradidissemLuc. xxiij mus eum. † Ceperũt aũt illũ accusare dicẽtes. ¶Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. & prohibentem tri-Joh. xviij. buta dari cesari: & dicentẽ se christum regẽ esse† Dixit ergo eis pilatus: Accipite eum vos & ꝑm legem vestrã iudicate eum. Dixerũt ergo ei iudei: ¶Nobis non licet interficere quẽq;. Ut sermo Jesu impleret quem dixit significãs qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum pilatus in pretoriũ & vocauit Jesum et dixit ei: Tu es rex iudeorum? ¶Respõdit Jesus: A temetipso hoc dicis. an alij dixerunt tibi de me? ¶Respõdit pilatus: ¶Nunquid iudeus sum ego? Gens tua & põtifices tui tradiderũt te mihi. Quid fecisti? ¶Respõdit Jesus: ¶Regnũ meũ non est de hoc mũdo. Si ex hoc mũdo esset regnũ meũ. ministri mei vtiq; decertarent. vt non traderer iudeis. ¶Nunc autẽ regnũ meũ non est hinc. Dixit itaq; pilat9: Ergo rex es tu? ¶Respõdit Jesus: Tu dicis: qz rex sum ego. Ego in hoc natus sum/et ad hoc veni in mũdũ: vt testimoniũ phibeã veritati. Oñis q̃ est ex veritate. audit vocẽ meã. Dicit ei pilatus: Quid est vitas? Et cũ hoc dixisset. itez exiuit ad iudeos & dicit eis:Luce. xxiij. Ego nullaz inuenio causam in hoc hoie † At illi inualesce-

bant dicētes: Cōmouit populū docens per vniuersam iudeam incipiens a galilea vsq; huc. Pilatus autem audiēs galileā. interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit q; de herodis potestate esset. remisit eū ad herodem: q; & ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes autez viso Jesu gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum: eo q; audierat multum de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Herodes autez interrogabat christum in multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotuz & scribe constanter accusantes eum. Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo: & illusit indutū veste alba: & remisit eum ad pilatum. Et tunc facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa die; nam antea inimici fuerunt inuicē. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogās nullā causaz inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; herodes. Nam remisi vos ad illū: & ecce nihil dignū morte actum est ei. †Est autem cōsuetudo vobis vt vnuz vobis dimittam in pascha. Cultis ergo dimittā vobis regem iudeoz̄. †Sciebat enim q; per inuidiā tradidissent eum summi sacerdotes. †Principes aūt sacerdotū & seniores psuaserūt populis vt peterēt barraban: Jesum vero perderēt. †Clamauerūt ergo oēs: Non hunc sed barraban. Erat autē barrabas latro. †qui cū sedicioſis erat vinct⁹: qui in seditione fecerat homicidiū. †Tunc pilatus apprehēdit Jesum & flagellauit: & milites plectētes coronā de spinis imposuerunt capiti eius. et veste purpurea circūdederūt eū. †& arundinē dederūt in dextera eius. et genuflexo ante euz illudebāt ei dicētes: Aue rex iudeoz̄. †et dabant ei alapas. †et expuētes in eum percutiebant caput eius. †Exiuit ergo pilat⁹ foras & dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras. vt cognoscatis: quia in eo nullā causam inuenio. Exiuit ergo Jesus portās coronā

Joh. xviij. Marc. xv Mat. xxvij Marc. xv Mat. xxvij Joh. xix Mat. xxvij Joh. xix. Mat. xxvij Joh. xix

spineā ⁊ purpureū vestimentuz. Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eū pontifices ⁊ ministri clamabāt dicentes. Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos ⁊ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causā. Responderunt iudei: Nos legem habemus. ⁊ ſm legē debet mori: quia filium dei se fecit. Cum ergo pilatus audisset hunc sermonem magis timuit. Et ingressus est pretorium iterū ⁊ dixit ad Jesum. Unde es tu? † Et non respōdit
Mat. xxvij. Joh. xix ei vllum verbum. ita vt miraretur preses vehementer † Dicit ei pilatus. Mihi non lōqueris? Nescis quia habeo potestatē crucifigere te ⁊ potestatē habeo dimittere te? Respondit Jesus: Non haberes potestatem aduersuz me vllam. nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui tradidit me tibi. maius peccatum habet. Exinde querebat pilatus dimittere eum. Judei autem clamabant dicentes: Si hūc dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regez facit contradicit cesari. Pilat⁹ āt vt audiuit hos sermōes adduxit foras Jesum ⁊ sedit pro tribunali in loco qui dicitur licostratos: hebraice autem gabatha. Erat autez parasceue paschę. hora quasi sexta. Et dixit iudeis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle tolle crucifige eum. †
Mat. xxvij. Sedente autem illo pro tribunali. misit ad eum vxor eius dicens: Nihil tibi ⁊ iusto illi. Multa enim passa sū hodie
Joh. xix per visum propter eum. † Dicit ergo eis pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non ha-
Mat. xxvij bemus regem nisi cesarem † Videns autem pilatus qz nihil proficeret sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicens: Innocens ego suz a sanguine iusti huius: vos videritis. Et respōdēs popul⁹ vniuersus dixit: Sanguis eius super nos ⁊ super filios nostros
Marc. xv † Pilatus autem volens populo satisfacere dimisit illis barrabā ⁊ tradidit Jesum flagellis cesum vt crucifigeretur. Exuerunt illum purpura ⁊ induerunt eum vestimē-
Joh. xix tis suis. † Et eduxerunt eum ⁊ baiulans sibi crucem. exiuit in eum qui dicitur caluarie locuz: hebraice autem dicitur

golgatha. ¶Et cū ducerent eum aprehenderunt quendaz cyrenēsem venientem obuiam de villa ꝓpatrem alexandri ⁊ rufi nomine Simonē ¶hunc angariauerūt vt tolleret crucem ¶et portaret post Jesum. Sequebatur autem illū multa turba populi ⁊ mulierū. que plangebant ⁊ lamentabā-tur eum. Conuersus autem Jesus ad illas dixit: Filie hierusalem nolite flere super me: sed super vosipsas flete et super filios vestros: quoniaz ecce dies venient in quibus dicent: Beate steriles ⁊ ventres qui non genuerūt. ⁊ vbera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus. cadite super nos. ⁊ collibus cooperite nos: quia si in viridi ligno hoc faciūt ī arido q̄d fiet? Ducebātur aūt et alij duo neq̄z cuz eo vt interficerentur ¶Et venerunt in locū q̄ dicit golgatha qō ē caluarie locꝰ ¶ ¶Et ōdert ei vinū bibere mixtū cum felle. ⁊ cuz gustasset noluit bibere. ¶Et crucifixerunt eum ⁊ latrones. vnum a dextris. alterum a sinistris ¶ Mediū autē Jesum. ¶Et impleta est scriptura que dicit: Et cum iniquis reputatus est. ¶Erat autem hora fere sexta. Jesus autē dicebat: Pater dimitte illis. Non enī sciunt quid faciunt. ¶Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius ⁊ fecerūt quatuor ptes vnicuiq̄z militi partē. Et tunicam. Erat autez tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicē: Nō scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit: vt scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Scripsit autē ⁊ titulū pilatus. ¶cause eius ⁊ posuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeoꝝ quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixꝰ ē Jesus. Et erat scriptū hebraice. grece ⁊ latine. Dicebāt ꝙ pilato pōtifices iudoꝝ. Noli scribere rex iudoꝝ. sed qz ipe dixit rex sū iudoꝝ. Rñdit pilatus. Qō scripsi scripsi ¶ ¶Pretereūtes aūt blasphemabāt eū mouētes capita sua. d. Vach q̄ ōstruis

Luč. xxiij
Marč. xv
Mat. xxvij
Luč. xxiij.
Mat. xxvij
Luč. xxiij
Joh. xix. Marci xv
Luč. xxij
Joh. xix.
Marč. xv
Mat. xxvij

templuz dei ⁊ in triduo reedificas. Salua temetipsum si
filius dei es descẽde de cruce. Similiter ⁊ principes sacer-
dotum illudentes ad alterutrum cum scribis ⁊ senioribus
dicebant: Alios saluos fecit. seipsum non potest saluũ fa-
Marc.xv cere Si ꝯ christus rex israel est. descendat nunc de cruce vt
Mat. xxvij videamus ⁊ credamus ei ꝯ Confidit in deo. liberet euz nũc
Luc.xxiij. si vult: dixit enim: quia filius dei sum ꝯ Unus autez de his
qui pendebãt latronibus blasphemabat eum dicens: Si
tu es christus saluum fac teipsum ⁊ nos. Respondens au-
tem alter increpabat eum dicens: Necꝫ tu times deum q̃
in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste: nam di-
gna factis recipimus. Hic autem nihil mali gessit. Et dice-
bat ad Jesum: Domine memento mei dum veneris in re-
gnum tuum. Et dixit illi Jesus: Amẽ dico tibi: Hodie me-
Joh. xix. cum eris in paradiso ꝯ Stabãt autem iuxta crucẽ Jesu ma-
ter eius ⁊ soroz matris eius Maria cleophe ⁊ Maria ma-
gdalene. Cuz vidisset ergo iesus matrem ⁊ discipulũ stã-
tem quem diligebat. dicebat matri sue: Mulier ecce filius
tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mat tua. Et ex illa ho-
Mat. xxvij ra accepit eam discipulus in suã ꝯ A sexta autem hora tene-
bre facte sunt super vniuersam terram vsqꝫ ad horam no-
Luce xxiij. Mat. xxvij nam ꝯ et sol obscuratus est ꝯ Et circa horam nonam clama-
uit Jesus magna voce dicẽs: Heli heli lama ezebtha-
ni. Hoc est: deꝰ meus deus meꝰ vt quid dereliquisti me?
Quidam autem illic stantes ⁊ audientes dicebãt. Helyaz
Luc.xxiij vocat iste Et sedẽtes seruabant eum ꝯ ⁊ stabat populus ex-
Joh. xix pectans ꝯ. Postea sciens Jesus quia iã omnia consũmata
sunt. vt cõsũmaret scꝑtura dixit: Sitio. Uas aũt erat posi-
Mat. xxvij tũ aceto plenũ ꝯ Et ꝓtinuo currẽs vnus ex eis acceptã spõ-
Joh. xix giã impleuit aceto ⁊ imposuit arũdini ꝯ circũponẽtes yso-
Mat. xxvij po obtulerunt ori eius ꝯ Ceteri vero dicebant: Sine videa-
Joh. xix. mus an veniat helyas liberans eũ ꝯ Cũ ꝙ accepisset Jesus
Luc.xxij acetũ dixit: Cõsũmatũ ẽ ꝯ ⁊ clamans voce magna ait: Pat
Joh. xix ĩ manꝰ tuas ꝓmendo spm̃ meũ ꝯ ⁊ inclinato capite tradidit

spiritum† Et ecce velum templi scissum est in duas partes Mat. xxvij
a sūmo vsq; deorsū. Et terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊
monumenta aperta sunt: ⁊ multa corpora sanctorum qui
dormierant resurrexerunt: ⁊ exeuntes de monumētis post
resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem ⁊ ap=
paruerunt multis. Centurio autē† qui ex aduerso stabat† et Mar.xv. Mat.xxvij
qui cum eo erant custodientes Jesum: viso terremotu et
his que fiebāt† ⁊ quia sic clamās expirasset † timuerūt val= Mar.xv. Mat.xxvij
de† ⁊ glorificauerunt deū dicentes† Vere filiꝰ dei erat iste Luce xxiij Mar.xxvij
† Et omnis turba eorū qui simul aderāt ad spectaculū il= Luce.xxiij.
lud. ⁊ videbant que fiebant. percutiētes pectora sua reuer=
tebantur. Stabant autē omnes noti eius a longe ⁊ mulie=
res† multe† aspicientes† que secute erant Jesum a galilea Matth.xxvij Mar.xv
ministrantes ei† que simul cū eo ascēderant hierosolymaz Matthei xxvij
† Inter quas erat Maria magdalene et maria Jacobi et Marc.xv
Joseph mater † et Salome† mater filiorū zebedei † Judei Mat.xxvij
ergo quoniā parasceue erat. vt nō remanerēt in cruce cor= Mar.xv Mat.xxvij
pora sabbato. (Erat enī magnus dies ille sabbati) Roga= Joh.xix
uerunt pilatum vt frangerentur eorū crura ⁊ tollerentur.
Venerunt ergo milites ⁊ primi quidē fregerūt crura ⁊ al=
terius qui crucifixus est cū eo. Ad Jesum autē cum venis=
sent. vt viderunt eū iaz mortuū non fregerunt eius crura:
sed vnus militum lancea latus eius aperuit: et continuo
exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testimoniū perhibuit
⁊ verum est testimoniū eius: ⁊ ille scit quia vera dicit: vt ⁊
vos credatis. Facta sunt enī hec. vt scriptura impleretur:
Os nō cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit: Vi=
debunt in quem transfixerūt† Cum sero autez factū esset Marc.xv
quia erat parasceue quod est ante sabbatum: venit Jo=
seph ab arimathia† ciuitate iudee† nobilis decurio † homo Luce xxij. Mar.xv
diues† ⁊ iustus† Qui ⁊ ipse erat expectans regnum dei† hic Matthei. xxvij
nō cōsenserat consilio et actibus eorum † et audacter in= Luce xxij. Mar.xv
troiuit ad pilatum et petijt corpus iesu† eo q̄ esset discipu= Luce xxij
lus Jesu: occultus tamen propter metum iudeorum † Pi= Marci xv
latus autem mirabatur si iā obisset: et accersito centurioe Joh. xix

interrogauit si iã mortu⁹ esset. Et cũ cognouisset a cẽtutione donauit corp⁹ Jesu ioseph. Joseph ꝯ mercat⁹ est syn-
Joh.xix. donẽ † t venit t tulit corp⁹ Jesu. Venit aũt t Nicodemus
qui venerat ad Jesũ nocte primũ. ferẽs mixturã mirrhe t
Mat.xxvij aloes quasi libras centũ. Acceperũt aũt corp⁹ Jesu † t in-
Joh.xix uoluũt in sindone mũda † ligauerũt lintheis cũ aromatibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco vbi
crucifixus est Jesus ortus t in orto monumentum nouum
Marci xv: Joh.xix † quod erat excisum de petra † in quo nondum quisq̃ positus erat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorũ: quia iu-
Mat. xxvij xta erat monumentũ imposuerũt ihm † Et aduoluẽtes sa-
Luc.xxiij. xum magnũ ad ostiuz monumẽti abierũt † et dies erat pa-
Mat. xxvij rasceues t sabbatuz illucescebat † Erãt aũt ibi maria ma-
Mar.xv. Luce xxiij gdalene † t maria ioseph † t mulieresque cũ ipso venerãt
Math.xxvũ Mar.xv de galilea † sedentes contra sepulchrũ † aspicientes vbi po-
Luc xxiij nerẽt † corpus eius. Et reuertentes parauerũt aromata et
Mat. xxvij vnguenta: t sabbato quidem siluerũt ꝯm mandatũ † Altera autẽ die que est post parasceuen cõuenerunt principes
sacerdotuz t pharisei ad pilatũ dicẽtes: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres
dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrũ vsq̃ in diez
tertium: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et
dicãt plebi: surrexit a mortuis: et erit nouissim⁹ error pei-
or priore. Ait illis pilatus: Habetis custodiam: ite custo-
dite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierũt sepulchrũ
Mat.xxvlij signantes lapidẽ cũ custodib⁹ † Vespere autẽ sabbati que
Luc.xxiiij lucescit in prima sabbati † Venerunt mulieres ad monumentũ valde diluculo portantes que parauerũt aromata
Marc.xvi † Et dicebãt adinuicẽ. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab o-
Mat.xxviij stio monumenti: † Et ecce terremot⁹ fact⁹ est magn⁹. Angelus enim dñi descẽdit de celo: t accedẽs reuoluit lapidez
Mar.xvi Mat.xxviij † ab ostio monumẽti † et sedebat sup eũ. Erat aũt aspect⁹ eius sicut fulgur t vestimẽta ei⁹ sicut nix. Pre timore autẽ
Marc.xvj eius exterriti sunt custodes. et facti sunt velut mortui † Et respicientes viderũt reuolutũ lapidẽ. erat quippe magn⁹

valde. Et introeuntes in monumētū viderūt iuuenē sedē-
tem in dextris † super lapidē † cooperturz stola cādida z ob- Mat. xxviij Mar. xvi
stupuerunt. Qui dicit illis: Nolite timere vos. Scio enim
q Jesuz qui crucifixus est queritis. Nō est hic: surrexit sic
dixit. Venite z videte locū vbi positus erat dns. Et cito
euntes dicite discipulis eius † z petro † Quia surrexit. z ecce Mar. xvi Mat. xxviij
precedet vos in galileam † ibi eum videbitis sicut dixit vo- Marc. xvj
bis † Et factū est dum mente cōsternate essent de isto: ecce Luc. xxiiij
duo viri steterunt secus illas in veste fulgēti. Cū enim ti-
merent z vultū in terrā declinarēt dixerūt ad illas: Quid
queritis viuentē cū mortuis: Non est hic sed surrexit. Re-
cordamini qualiter locutus est vobis dum adhuc in gali-
lea esset dicēs: Quia oportet filiuz hominis tradi in manꝰ
hominū peccatoruz: z crucifigi: z tria die resurgere. Et re-
cordate sunt verboꝝ eius † Tunc exeuntes fugierunt † cito Mar. xvi Mat. xxviij
de monumento cū timore z gaudio magno currentes nū-
ciare discipulis eius † et nemini quicq̄ dixerūt. Inuaserat Marc. xvj
enim eas timor z pauor † Cucurrit ergo maria z venit ad Joh. xx
simonē petrum z ad alium discipulum quem amabat Je-
sus z diciteis: Tulerunt dominum de monumento.

Finis.